Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



suasiue debiliter et umbrose que rethorice sunt
alie mediocriter / dum igitur intellectus
ydemptificando ad se mundum sensibilem vo
care contendit / ut in sui assimilatione sur
gat per rationem ipsum attrahere nititur et quia
varie possunt esse specifice differentes dis
cretiones seu rationes sensibilium in quibus
sensibilia ad assimilationem intellectus ele
uari possunt ut aut visibili modo vel audi
bili seu gustabili / oderabili vel tangibili
hinc celum visus exsurgit et celum auditus
et idem de aliis ut sensibilis mundus vi
sibili modo disternatur / hoc est / ad assimilationem
intellectus assurgat quod fit per discretionem in
visu visiue existentem / igitur celum visus
virtute visiua refertum spiritu proprio rationa
li et discretiuo regitur et mouetur ut per
hoc quod spiritus oculo intente adest visiua
discretione fruatur / In qua intellectum
participando delectabiliter / viuat idem
de ceteris sensibus concipito / et quia suffi
cientius explanari et aliud conuenientius tempus
exigit hinc nunc satis sit de genesi sic
interlocutum ad quietem dudum nos
gallus vocauit valle. Laus deo.

99